

rum instituta<sup>1</sup>, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut in porticu aut exedra ecclesiae. infra<sup>k</sup> ecclesiam vero<sup>1</sup> prope altare, ubi corpus domini et sanguis conficitur, nullatenus habeant<sup>m</sup> licentiam sepeliendi.

## X.

*Rubr. Ben. 3, 377:* Ut incesti a sacerdotibus per veraces et deum timentes homines fidelites perquirantur et canonice puniantur.

De incestis omni studio perquirendum<sup>a</sup> sacerdotibus per homines veraces et timorem dei ante oculos habentes. et si repertum<sup>b</sup> fuerit<sup>b</sup>, statim aut ipsi<sup>c</sup> emendare studeant aut cum adiutorio archidiaconi<sup>d</sup> aut<sup>e</sup> episcopi<sup>f</sup> emendare<sup>g</sup> et<sup>g</sup> extirpare satagant, ne tanto flagitii<sup>h</sup> scelere<sup>i</sup> illi poluantur et pereant et alii<sup>k</sup> in eorum<sup>k</sup> vicinitate omnipotentis dei iram incurrant.

## XI.

*Rubr. Ben. 3, 378:* Ut presbyteri et reliqui clerici ab omnibus vitiis se caveant, et subiectos sibi fideliter instruant, atque bonis operibus omnibus ducatum praebeant.

Admonendi sunt sacerdotes<sup>a</sup> et instruendi, ut primum ipsi ab omni stimulatione<sup>b</sup> carnis sint alieni et tunc plebibus<sup>c</sup> sibi subiectis<sup>c</sup> et verbis praedicent et exemplum<sup>d</sup> ostendant, ut<sup>e</sup> ab omni se<sup>f</sup> fornicatione et ab omni inrationabili, veluti<sup>g</sup> pecudum, luxuria et pollutione abstineant et<sup>h</sup> mundo se corpore et mente deo praeparent<sup>2</sup>.

VIII. k) intra *Th.*; cf. c. 5 n. bb. l) aut *ins. R.* m) habeat *R.*

X. a) est *ins. B.* b) reperti fuerint *B.* c) per se *B.* d) sui *ins. B.* e) vel *B.* f) hoc ipsum *ins. B.* g) emend. et *om. B.* h) flagitio et *B.* i) et *ins. B.* k) aliorum *Th.*

XI. a) clerici *B.* b) fornicatione et immunditia et luxuria et ab omni pollutione *B.* c) plebi sibi subiectae *B.* d) exempla *B.* e) ubi *B.* f) *om. B.* g) vel inutili<sup>s</sup> *B.* h) *om. Th.*

1) Vgl. Conc. Bracar. I. c. 18 Hispana, Migne T. LXXXIV, col. 567. — Aus dem neueren Recht vgl. Conc. Mogunt. 813 c. 52, Mansi T. XIV, col. 75. Vgl. Scherer, Kirchenrecht Bd. II, S. 608 N. 19. 2) In Baluzius' Ausgabe des Cap. alt. Theodulfi (p. 25) beginnt der Schlusssatz mit 'Mundo', steht hinter 'praeparent' keinerlei Interpunction, und schliesst sich die Rubrik von c. 12 'de confessionibus', die als solche nicht kenntlich wird, unmittelbar an. 3) Vgl. Eugenii II. concil. Romanum 826 c. 38 rubr., MG. Capp. T. I, p. 376.